

De 2839

F. A. Arnold

10 2/3



*[Faint, illegible handwritten text]*



S



EBU MEDINI  
MAURI FESSANI  
SENTENTIAE  
QUAEDAM  
ARABICAE.

---

*Nunc primum edidit,  
ac latine vertit*

FRANCISCUS DE DOMBAY.

HEINRICH THORBECKE

---

*Vindobonae,*  
TYPIS ANTONII SCHMID 1805.  
APUD FRANC. IOS. ROETZEL.



H  
Ar  
din  
sa  
Tu  
ris  
Ti  
cae  
ten

atte

(\*)



---

LECTORI PHILARABI.

**H**abes hic, benevole Lector, syllogen Sententiarum Arabicarum, quam praeclarus, ac doctus Ebu Medin, filius Hamad Ben Mohammed, ex urbe Fessa oriundus (\*) in epitome opusculi sui, Tuo usui, Tuaeque eruditioni reliquit; opus omnibus sane numeris absolutum, et praecipue in vastis Mauritaniae Tingitanae plagis, tam ob elegantem dictionis arabicae stylum, quam ob sententiarum nitorem, brevitatem, et doctrinam summopere aestimatum.

Equidem omnes populi, singulae etiam nationes attentionem Philosophi merentur, et quo dissimiliores

no-

---

(\*) **وفات شيخ ابو مدين مغربي از كبار مشايخ ٥٨٩**  
de quo in tabulis chronologicis, Constantinopoli impressis, ita legitur:  
Anno 589. -- Chr. 1193. mortuus est Doctor Ebu Medin, Maurus, unus ex praeclaris doctoribus.

nobis sunt Mauritaniae incolae, eo majori cum conatu, et peculiari quodam studio iis investigandum esse, ea de causa videtur, ut hac ratione, faciliori, ac securiori modo convincamur, diversos mores, diversasque consuetudines nequaquam hominis essentiam immutare, ac omnia etiam in his nationibus, quae barbarae communiter appellari solent, ad duo praecipua in aliis cultioribus populis assensu nostro dignissima capita, vitii nempe horrorem, et virtutis studium, ac amorem solummodo revocari.

Continet igitur hocce opusculum, Sententiarum Arabicarum, quae pleraeque, ac pene omnes rhythmici sunt, et scholiastae operam minus requirunt, aliquot Centurias, quas Tibi, Lector Philarabs, lubens dedico; quid vero versione ista, ac editione hujus opusculi praestiterim, lector justus, et aequus aestimabit. Vale.



اختصار

كتاب المسي بتحفة الارب ونزه اللبيب لسيدى  
ابى مدين الفاسى نعمة الله تعالى برحمته آمين

## COMPENDIUM

Libri, *Donum intelligentis, et Oblectamentum prudentis*, inscripti, auctore Essejid. Ebu Medin ex urbe Fessa oriundo, cujus peccata Deus Opt. Max. misericordia sua tegere, eumque salvum praestare velit! fiat.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

CONTENTS

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.



---

بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ

In nomine Dei misericordis miseratoris.

قال الشيخ الاديب البارع الاريب سيدي ابو مدين ابن  
حماد بن محمد الفاسي سدده الله \*

Dixit eruditus praestans ac doctus Antistes  
Sejidi Ebu Medin, Ben Hamad, Ben Moham-  
med, Fessanus, quem Deus Opt. Max. recto  
ductu juvare, ac bene dirigere velit !

❁ حرف الالف ❁


*Litera Elif.*

1.

احسن لكل كريم \* تذخره ليوم عظيم

Benefac cuivis viro generoso, repones enim  
illud in thesaurum pro die magna, i. e. pro tem-  
pore necessitatis.

2.



2.

اذا قصرت يداك عن مكافات بالير \* فاطل لسانك  
بالحمد والشكر

Si beneficia reddere nequis benemeritis, ea  
agnosce, et grato celebra animo.

3.

اذا سكت عن السّغية فقد اوسعتّه جواباً و اوجعتّه عقاباً  
Si stolido non responderis, jam satisfacisti,  
et poenam irrogasti ei.

4.

ابدل لصديقك كلّ المودّة \* ولا تبذل كلّ الطمأنينة  
Complectitor amicum tuum omni benevolen-  
tia, at secretiora cordis cave illi confidas.

5.

احذر عدوك مرة \* واحذر صديقك الف مرة  
Ab inimico semel, ab amico millies cave.

6.

اذا غضبت قائماً فاقعد \* واذا غضبت قاعداً فارقد  
Dum stans irasceris, sede, et si irasceris  
sedens, cuba.

7.

7.

اسد تغاربه \* خير من حسون تراقبه

Melius est leoni propinquum esse, quam observare invidum.

8.

اقصر في الانفاق \* ولو ملكت العراف

Parcito expensis, etsiamsi Babyloniae imperium habueris.

9.

اذا حدثت فاصدق \* واذا وعدت فحقق

Dum narras, esto verax, et dum polliceris, sta promissis.

10.

آثر الحث وان خالف هواك \* تنال خير اخرتك ودنياك

Sequere integritatem, etsiamsi animi tui motibus repugnet, tibi felicitatem utriusque seculi comparabis.

11.

آفة الكرام \* مخالطة الليام

Conversari cum abjectis est pernicius nobilium.

12.

آفة الرأي الهوي \* والحسد ليس له دواء

Detrimentum consilii est ambitio, et contra invidiam nullum datur remedium.

13.



13.

اعمل لاخرتك كأنك تموت غدا \* وتغدد امور دنياك  
كأنك تعيش ابدًا

Pro altero mundo ita operare , acsi cras vitam cum morte commutares , de negotiis vero hujus mundi ita sollicitus esto , acsi semper tibi vivendum foret.

14.

امحض اخاك النصيحة \* حسنة كانت او قبيحة

Sincerum fratri tuo dato consilium , seu bonum fuerit , seu malum.

15.

اصحب الاخبار \* وجنب معرفة الاشرار

Versare cum probis , et evita consortium malorum.

16.

الاحف ان تكلم عجل \* وان سئل وهل

Fatuus , cum loquitur , sermonem accelerat , cumque interrogatur , metum habet.

17.

الاجتماع قوة \* والافتراق هلكة

In unione consistit robur , in separatione interitus.

18.

18.

أيك ودعوة المظلوم \* ولو كانت من فاجر غشوم

Vae tibi! si vel unus ex innocenter oppres-  
sis tibi maledicat, quamvis haec maledictio ab  
homine iniquo, et scelerato proficiscatur.

19.

الانتقام عدل \* والتجاوز فضل

Vindictam sumere justitia, ast parcere vir-  
tus est.

20.

اجتنب النَّمِيَةَ \* فَانْهَاجِ مِنَ الْاِثْمِ الْعَظِيمَةِ

Esto alienus ab obtrectatione, namque ex  
maximis delictis unum est.

21.

أيك والغيبة \* فانها اثم وريبة

Cave a susurratione, peccatum enim, et  
scandalum est.

22.

احذر السّخر بالنّاس \* فانه ضرر وباس

Noli illudere hominibus, quia damnum, et  
adversitates caussat.

23.

اغضب في الحتّ \* علي جميع الخلت

Irascere omnibus hominibus propter veri-  
tatem.

24.



24.

ابدل للناس ودك \* ولا تضع عهدك

Tuam in homines amicitiam commutes licet,  
ast pactum tuum fideliter custodias.

25.

احذر مجادلة ذوي الود \* فانها تولد الحقد

Evita contentionem cum amicis, quia hoc  
damnum, et adversa adferet.

26.

اعمل ليوم القيامة \* قبل ان تفجأك الندامة

Pro die iudicii meriti plena congere opera,  
priusquam inopinantem te occupet poenitentia.

27.

اذا استقمت في جميع امورك \* فلا تبال بمقال غيرك

In omnibus negotiis tuis dum recte, incor-  
rupteque egeris, sermones hominum ne cura,

28.

اذا ارسلت الهدية \* اتتك الحاجة مقضية

Praemisso dono conficies feliciter negotium  
tuum.

29.

احق الناس بالرضا \* من صدق بالقدر وبالقضاء

Assensu dignissimus est ille, qui vim fati,  
et praedestinationis veram agnoscit.

30.



30.

اعمار الناس \* انما هي في الانفاس

Vita hominum spiritu regitur.

❦ حرف الباء ❦

Litera Be.

31.

بسط الوجه بالبشر \* يقوم مقام البذل والبر

Affabilitas vultus in homines beneficii, et munificentiae vices gerit.

32.

بالاحسان \* يستترق الانسان

Beneficiis devinciuntur homines.

33.

بالتجريب \* يحصل التقريب


Experientia obtinetur approximatio; i. e. experiendo magis appropinquamus rei.

34.

بالامتحان \* يعز المرء او يهان

Vir experimento vel magni habetur, vel vilipenditur.

35.



35.

بالحلم وبذل المال \* تفوق وتسود علي الرجال

Clementia, ac liberalitate praestans esto, et eminebis inter homines.

36.

بالوفا تستميل القلوب \* وبالانصاف يبقي ود المحبوب

Fidelitas attrahit animos, et aequitate consolidatur amicorum amicitia.

37.

البخيل حارس نعمته \* وخازن لورثته

Avarus custodit opes suas, easque haeredibus suis asservat.

38.

البر لا يبلي والذنب لا ينسي \* والمال يفني والخير يبقي

Pietas non veterascit, crimen non datur oblivioni, opes pereunt, et bona opera permanent.

39.

بقدر الجّد \* تنال المعالي والمجد

Gnaviter labora, et inclaresces.

40.

بادر اهل المكر قبل ان يبادروك \* وماكرهم قبل ان  
يماكروك

Praeveni fraudulentos, ac, ne tibi technas struant, obsiste prior.

41.

41.

بادر الفرصة \* قبل ان تصير غصّة

Utere occasione, antequam tibi molestiam pariat.

42.

بطاعة العقل تحصل السّلامة \* وباتباع الهوى تقع  
الندامة

Obsequere rationi, et eris incolumis, si vero cedis appetitui, te poenitebit.

43.

بالشكر تدوم النعم \* وبالكفر تنال النقم

Gratus animus ad beneficium invitat, ingratus odium parit.

44.

بحلاوة اللسان \* ينال حاجته الانسان

Blandis verbis homo scopum suum assequitur.

45.

بالهدايا \* ترفع البلايا


Muneribus avertuntur calamitates.

46.

بكثرة المال \* يكون الاجلال

In abundantia opum magnificentia est.

46.



47.

بالسخاء وبذل المال \* تسود علي الرجال

Largitate, et munificentia imperabis hominibus.

48.

بالغ في خسته \* من رجع في هبته

Ad summum vilitatis gradum pervenit is, qui a dono suo (promisso) regreditur.

❁ حرف التاء ❁

*Litera Te.*

49.

ترك مشاورة ذوي الالباب \* علامة الكبر والاعجاب

Elati, superbique animi indicium est, prudentium consiliis nolle uti.

50.

تمتحن قلوب الرجال \* عند تقلب الاحوال

Tempore vicissitudinis rerum, virilis comprobatur animus.

51.

تكتير الرقاد \* يدخل عليك الفساد

Somnus nimius exitium tibi afferet.

52.

52.

تنال ما املت من مرادك \* انا كتبت سررك عن حسادك

Obtinebis omnia, quae desideras, si secreta  
tua invido absconderis.

53.

تكبرك علي الناس \* يجلب لك المقت والباس

Superbia, et elatio animi tui super caeteros  
homines, odium tibi, et molestias pariet.

54.

تعلم العلم فان لم تكتسب به مالاً \* اكسبك جمالاً

Scientiis animum excole, quae sin minus  
divitias, certe ornamentum afferent.

55.

تحفظ من مقالك \* والا اوقعك في المهالك

Cautus esto in sermone tuo, ne te in perni-  
ciem trahat.

56.

تعلم عملاً من الاعمال \* يغنيك ان تكون فقيراً بلا مال

Addisce aliquam artem, quoniam proderit  
tibi, dum pauper, ac inops fueris.


57.

تحريك الجبال القاسية \* اسهل من تعريف القلوب القاسية

Facilius est duros loco movere montes, quam  
corda indurata docere, vel convincere.

B

58.



58.

تجدد عند الفقر \* واستعن علي كتمانك بالصبر

Firmo animo suffer egestatem, illamque celando cum patientia auxilium implora.

59.

تمنع المطلوب \* خير من ان تعد الوعد المكذوب

Praestat petitionem remove, quam aliquid falso promittere.

❁ حرف التاء ❁

*Litera Thse.*

60.

ثلاث محرقات فراق الاحبّة \* وفقر بعد غنا وذل بعد عزّ

Tria ardua sunt: separatio amicorum, paupertas post divitias, et contentus post honores.

61.

من النعم شكرها \* وسبب زوالها كفرها

Merces beneficiorum est grata voluntas, immemor vero eorundem animus efficit, ut beneficia cessent.

62.

ثمرة العجلة الندامة \* وثمره التائي السلامة

Praecipitis animi fructus est poenitentia, considerationis vero fructus prosperitas est.

63.

63.

ثمرۃ العقول الراجحة \* الاخلاق الصالحة

Fructus ingenii praestantioris, sunt boni mores.

64.

ثقلت علي الناس معرفته \* من كثرت لديهم كلفته

Fastidiosa est hominibus cognitio illius, qui saepius eis molestias exhibet.

65.

ثمرۃ العلوم \* العمل بالمعلوم

Fructus scientiarum consistit in usu illius, quod didicimus.

66.

ثمرۃ الحسد \* تعب القلب الي الابد

Fructus invidiae est perpetua animi agitatio.

❖ حرف الجيم ❖

Litera Dschim.

67.

جوهر الانسان علمه \* وجليه في كل مجلس فهمة

Scientia est gemma pretiosa hominis, et intellectus ejus est ornamentum in omni societate.

B 2

68.

68.

جار في فعله \* من افراط في جهله

Qui excedit ignorantia, crudelis est in actionibus suis. i. e. Supina ignorantia est mater violentarum actionum.

69.

جاذب الجار \* ان تعدّي و جار

Devita vicinum, si iniquus, et injustus fuerit.

70.

جد بها في يدك \* تطمع النفوس اليك

Largire, quae possides, hominum tibi animos devincies.

71.

جرح الكلام \* امضي و ابقني من جرح الحسام

Lingua altius relinquit vulnus, profundiusque, quam gladius acutus.

72.

الجاهل صغير وان كان كبيرا \* والعالم كبير وان كان صغيرا

Ignarus parvus est, etiamsi fuerit magnus, sapiens vero magnus est, etiamsi parvus fuerit.

73.

جانب التعاهد \* فانه سبب التباعد

Evita foedus, est enim causa separationis.

74.



74.

الجاهل لا يبالي بما قال \* والعامل يتعاهد بما يوجب  
من المقال

Insipiens verba sua haud secum meditatatur,  
prudens vero, quae promisit, observat.

75.

جالس الكبرآء \* وخالط العلماء \* واصحب الحكماء

Conside cum magnatibus, conversare cum  
sapientibus, et associa te prudentibus.

76.

جنب مجالسة النساء والعيال \* تحظ بنيل الامال

Foeminarum, et liberorum consuetudinem  
declina, desiderata enim assequeris.

77.

جانب الفحش في الكلام \* وقابل المسي بالاكرام

Evita obscoenitatem in sermone, et malefico  
retribue honorem, i. e. bonum pro malo.

❖ حرف الحاء ❖


Litera Ha.

78.

حسن الملاقات من شيم الابرار \* وعلامات الاخيار

Affabilitas in colloquio est consuetudo viri  
honesti, et signum hominis probi.

79.



79.

الحياء من الايمان \* وصاحبه ممدوح مدا الزمان

Verecundia ex religione oritur, et verecundus semper laude dignus est.

80.

حسن الصورة \* علامة الاخلاق المشكورة

Pulcra oris species bonae indolis indicium est.

81.

حلاوة الظفر \* تذهب بتعب الصبر

Dulcedo victoriae evanescit per molestiam patientiae.

82.

حفظ اللسان \* اسلم للانسان

Coercere linguam est tutissimum homini.

83.

حسن التجاوز عن الاخوان \* يبقي مودتهم طول الزمان

Condonare culpam amicis, stabiliorem reddit illorum amicitiam.

84.

الحق مر وثقيل \* وعاقبته خير في تعجيل

Veritas amara est, ac molesta, finis autem ejus in celeritate bonus.

85.

85.

حسن الاستعمال من العلم \* ورد الجواب من الفهم

Bonus rerum usus dependet a scientia, responsum vero ab intellectu.

86.

الحياء من الايمان \* في السر والاعلان

Verecundia ex religione, sive occulte, sive manifeste oritur.

87.

الحلال يقطر قطراً \* والحرام يسيل سيلاً

Res licita per guttas stillat, illicita vero, ut torrens, fluit.

❁ حرف الحاء ❁

*Litera Cha.*

88.

خير الاخيار العلماء \* وخير الاصحاب القدماء


Inter bonos meliores sunt eruditi, et optimi amicorum sunt antiqui doctores.

89.

خذ الحكمة ممن اناك بها \* وما عليك من صاحبها

Accipe scientiam ab illo, qui tibi eam adfert, et quid tua interest possessor scientiae?

90.



90.

خير النّوال \* ما كان بغير سوال

Optimum donum est, quod suapte datur.

91.

خير ما اكتسب به الانسان \* التّجرّد عن المخالفة والعصيان

Ab omni inobedientia, et dissensione liberum esse, est optimus amictus hominis.

92.

خير الاعمال ما قضي فرضك \* وخير الاقوال ما وقى عرضك

Optima actionum tuarum est illa, qua officii tui partes adimplentur, optimum autem verborum illud, quo nomen tuum conservatur.

93.

خان في المصاحبة \* من اكثر المعاتبة

Qui identidem objurgat, laedit amicitiam.

94.

خير الناس من يداري \* وشر الناس من ياركي

Optimus hominum est vir affabilis, pessimus vero is, qui rixis, et contentionibus deditus est.

95.

خير المعروف \* اغاثة الملهوف

Optimum, quod scitur, est opitulari afflictis.

96.

96.

خير الناس \* من ينفع الناس  
Ceteris praestat hominibus, qui utilis.

97.

خل الجاهل في جهله \* وضع المعروف في اهله  
Relinque stultum in stultitia sua, et colloca  
notum inter suos.

98.

خير الاموال ما استرق حراً \* وجلب لصاحبه شكراً  
Divitias optimas putato, quibus homo liber  
stringitur, et a quibus diviti redit beneficiorum  
memoria.

❦ حرف الـدال ❦

*Litera Dal,*

99.

دار الاحتم بالتخلف \* واللين والاحسان والترقب  
Fatum simulate, molliter, benevole, et com  
miter complectere.

100.

درك الاحوال \* في ركوب الاهوال  
Qui multa negotia persequitur, multis sese  
exponit periculis.

101.

101.

داوم الصبر فكل بداية \* لا بد لها من نهاية

Esto patiens, omne enim initium certo finem  
habet.

102.

دام عزه \* من كان المولى كنزه

Cujuscunque thesaurus fuerit Deus Opt. Max.  
illius gloria perpetuo durabit.

103.

دع القول بلا فعل \* و قدم الصديق علي الاهل

Relinque verbum inane, i. e. sine opere, et  
praepone amicum propinquo.

104.

الدنيا امر \* والاخرة اجر

Hic mundus labor, alter vero praemium est.

105.

دع المخالفة والعناد \* نغز بالسيادة والرشدان

Relinque contradicendi studium, ac perti-  
nacious, et praevaleris dominio, et probitate;  
i. e. Noli pertinaciter repugnare, victor abibis.

106.

الدنيا مزرعة لابليس \* واهلها حراث له

Mundus est ager diaboli, et mundani sunt  
agricolae ejus.

107.

الدُّنْيَاءُ عَرَضٌ حَاضِرٌ \* يَأْكُلُ مِنْهَا الْبَرُّ وَالْفَاجِرُ

Mundus est ferculum praesens, de quo et probus comedit, et malus.

## ❖ حرف الذال ❖

*Litera Zal.*

108.

ذو الحلم حابز للفخار \* حقيق بالافتخار

Mansuetus comparat sibi gloriam, et dignus est gloria.

109.

ذو الاستقامة في امره \* ينال مراده ويسود علي غيره

Qui sua negotia integra fide peragit, finem suum consequitur, et aliis imperat, i. e. prae aliis eminent.

110.

ذو الفضيحة \* ليس اهلاً للتبصحة

Impudens non est capax consilii.

111.

ذکر الجفا \* يكدّر ما صفا

Recordatio injuriae perturbat id, quod jam clarum, i. e. oblivioni datum erat.

112.

112.

ذَرْدِي الْأَوْصَافِ \* تَنَالُ مَنَازِلَ الْأَشْرَافِ

Consuetudinem malorum fuge, et annumeraberis eminentioribus.

113.

الدَّنبُ مِثْلُ النَّارِ انْ قَطَعَ عَنْهَا وَقَوْدُهَا اسْرَعَ إِلَيْهَا خَمُودُهَا

Peccatum est sicuti ignis; dum tolluntur particulae inflammabiles, facilis est extinctio illius.

114.

ذَرِ مَصَاحِبَةَ اللَّيِّامِ \* فَانَّهُمْ يَنْوِنُونَ عَلَيَّ وَمَصَاحِبَهُمْ بِالسَّلَامِ

Ne immiscearis abjectis, quia sociis salutationem exprobrant.

❖ حَرْفُ الرَّاءِ ❖

*Litera Re.*

115.

رَبِّ سَكُوتٍ \* اِبْلَغُ مِنْ كَلَامٍ

Subinde silentium efficacius est, quam sermo.

116.

رَبِّ كَلَامٍ \* جَلَبُ لِمَصَابِيهَا الْحَمَامِ

Nonnunquam verbum causavit mortem id proferenti.

117.



117.

رَبِّ هَالِكٍ بِأَنْدَرٍ \* وَسَاقَطٍ فِي الْبَيْرِ الَّتِي حَفَرَ

Interdum ille, qui alium perdere voluit, cecidit in puteum, quem foderat.

118.

رَبِّ أَمْرٍ كَرِهْتَهُ \* فَلَمَّا غَابَ طَلِبْتَهُ

Nonnunquam rem, a qua abhorruisti, absentem desiderasti.

119.

رَبِّمَا أَصَابَ الْأَعْيُ قَصْدَهُ \* وَآخِطَا الْبَصِيرِ رَشْدَهُ

Subinde coecus scopum suum assequitur, et visu praeditus a recto tramite aberrat.

120.

رُكُوبِ الْأَسِنَّةِ \* فِي الْأَضْطِرَارِ جَنَّةِ

Insidere cuspidibus hastarum necessario insania est.

121.

رَبِّ صَدِيقٍ \* أَوْدٍ مِنْ شَقِيقٍ


Est interdum amicus germano fratre charior.

122.

رَبِّ حِيلَةٍ \* أَبْلَغَ فِي النَّصْرَةِ مِنْ قَبِيلَةٍ

Est aliquando vis major in dolo, quam in auxilio integrae tribus.

123.



123.

رَبُّ نَشْرٍ بَلِيَّةٌ \* فِي طَيِّبِهَا عَطِيَّةٌ

Non raro fortuna adversa in bonis habenda est.

124.

رَأْسُ الرَّذَائِلِ \* الْإِحْسَانُ لِلرَّادِلِ

Initium vilitatis est benefacere abjectis.

125.

الرِّجَالُ ثَلَاثَةٌ رَجُلٌ بِنَفْسِهِ وَرَجُلٌ بِلِسَانِهِ وَرَجُلٌ بِأَمْرِهِ

Tria sunt virorum genera : vir animo , lingua ,  
opibus potens.

❁ حَرْفُ الرَّاءِ ❁

Litera Ze.

126.

زِينُ الْكَلَامِ \* يُوجِبُ الْإِكْرَامَ

Comptus sermo dignus est veneratione.

127.

زِيَادَةُ الْفِعْلِ عَلَيِ الْقَوْلِ فَضِيلَةٌ \* وَنَقْصُ الْفِعْلِ عَلَيِ  
الْقَوْلِ رَذِيلَةٌ

Virtutis est praestare plus , quam promittis,  
abjecti animi non stare promissis.

128.

128.

زِين الدَّارِ \* الجَارُ البَارُّ

Ornamentum domus est vicinus bonus.

129.

زَادَتْ قِيَمَتَهُ \* مِنْ سَمَتْ هَمَّتَهُ

Magnam aestimationem adjiciunt magna auspicia.

130.

زِين الِاوصَافِ \* العَدْلُ وَالانصَافُ

Qualitatum omnium decus justitia est, atque aequitas.

131.

زَرَعَبًا \* تَزِدُّ حَبًا

Visita raro, augebis amorem.

132.

زَرَمَنْ تَثَقَّ بِكِبَرِهِ \* تَزِدُّ بِحُبَّتِكَ فِي قَلْبِهِ


Visita illum, cujus amicitiae confidis, augebis enim tui amorem in corde ipsius.

133.

زَادَ مَقْتَهُ وَذَلَّهُ \* مَنْ بَانَ فِي النَّاسِ بَخْلَهُ

Qui avaritiam suam manifestat hominibus, auget odium, et contemptum sui.

134.



134.

زيد علماً \* يزدد عدوك غماً

Quo magis scientiis pollebis, eo magis tristitiam inimici tui augebis.

✻ حرف الطاء ✻

*Litera Ta.*

135.

طلب الادب \* انفس من طلب الذهب

Bonos mores ambire suavius est, quam aurum quaerere.

136.

طوبى لمن اسعد للمسير \* واستغني بالقليل عن الكثير

Felix, qui se ad iter comparat, cuique modico vivere sat est.

137.

طعن اللسان \* اهضي من طعن السنان

Ictus linguae magis penetrat, quam ictus hastae.

138.

طاعة اهل الشر \* تفسد عاقبة الامر

Obsequium malevoli corrumpit finem negotii.

139.

139.

طلب الثَّار \* خير من الحياة في العار

Vindicta melior est, quam vita ignominiosa.

❖ حرف الظَّاء ❖

Litera Da.

140.

ظنَّ الرَّجُل مِيزان عقله \* و فعله اصدق شاهد علي  
اصلهOpinio viri est libra ingenii ejus, actio vero  
illius verissimum originis ejus testimonium est.

141.

ظالم او مظلوم \* مع متاعك تقوم

Injustus, aut innocens, cum operibus tuis re-  
surges.

142.

ظفر الكرام عفو و احسان \* ظفر اللّيام تجرّ و طعيان

Generosorum victoria in venia, et gratia,  
ignobilium vero hominum in superbia, et inso-  
lencia consistit.


143.

ظفر الفساد \* بذنوب العباد

Ex peccatis hominum exorta est perversitas.

C

144.



144.

ظہر تہذیبہ \* من کثر تجربہ

Qui multiplicavit experientiam suam, manifestat institutionem suam.

145.

ظنّ ببابک خیراً \* من جدّ لبابک سیراً

Sperat bonum in porta tua, qui sedulo viam suam dirigit ad portam tuam.

حرف الکاف

*Litera Kias.*

146.

کثر فضلہ \* من کبر عقلہ

Qui auget intellectum, praestantiam quoque suam auget.

147.

کثرة العتاب \* تفسد وده الاحباب

Nimia objurgatio destruit amorem amicorum.

148.

کبر نکرہ \* من کثر برہ

Quo probior quis fuerit, eo magis sui memoriam augebit.

149.

149.

كثرة الالتفات \* من قلة الثبات

Nimium obsequendi studium durabile esse non solet.

150.

كلّ شي باجل \* الآ الحرص والعجل

Quaevis res terminum suum habet, praeter avaritiam, et festinationem.

151.

الكريم يابي العار \* ويكرم الجار

Vir generosus detestatur ignominiam, et honorat vicinum.

152.


كم محنة \* في طيها منة

Saepe ex rebus adversis bona proveniunt.

153.

عجبت لمن يشتري العبيد بهاله فيعتقهم  
كيف لا يشتري الاحرار باحسانه فيسترقم

Admiror eum, qui pecunia sua servos emit, eosque dimittit; quare non emit sibi homines liberos beneficiis suis, eosque sibi mancipat?



154.

كثرة الحيل \* من ذكاء العقل

Multarum fraudum origo est argutum ingenium.

155.

الكسل والتواني ضرر \* والتضييع يولد الفقر

Pigritia, et procrastinatio noxia sunt, dilapidatio vero caussat paupertatem.

156.

كاد الحذر \* ان يسبب القدر

Fati vis haud est evitanda.

157.

كم عاقل اسير \* عند جاهل امير

Quot prudentes sunt captivi apud dominum ignorantem!

✽ حرف اللام ✽

Litera Lam.

158.

ليس في الغربة العار \* انما العار في الوطن الافتقار

Dedecus non est in peregrinitate, sed dedecus est paupertas in patria.

159.



159.

ليس بعد العسر \* إلا المسرة واليسر

Ardua sequuntur laetitia, et facilitas.

160.

لم يدرك الامال \* من استغني عن مشاورة الرجال

Qui deliberare cum viris renuit, desideriiis suis haud perfruetur.

161.

ليس للعلوم خاية \* ولا للمعارف نهاية

Scientiae non habent finem, sicuti et cognitiones nullum habent terminum.

162.

لسانك مغمود في فيك \* فاذا جرّدته كان لك او فيك

Posita est lingua tua in ore tuo, quasi in vagina, si e vagina eduxeris illam, aut pro te, aut contra te erit.

163.

ليس لحسود راحة \* ولا لحقود صداقة


Invidus non habet quietem, neque malevolus animi candorem.

164.

الليل والنهار \* يفنيان الاعمار

Dies, et nox consumunt vitam humanam.

165.



165.

لسان من يعقل في قلبه \* وقلب من يحمل في فيه

Lingua sapientis est in corde ejus , cor vero fatui in ore ejus.

❁ حرف الميم ❁

*Litera Mim.*

166.

من نهاك عن الاحسان \* فهو شيطان في صورة انسان

Qui te impedit a benefaciendo , diabolus est in forma humana.

167.

من قنع برزقه استغني \* ومن صبر نال ما يتمني

Cui sat est , quod habet , re nulla eget , et patiens consequitur , quod desiderat.

168.

من ملك الشهوات \* سلم من الافات

Qui dominatur animi motibus , liber est ab adversis casibus.

169.

من لم يخف الجواب \* لم يتكلم بالصواب

Qui non timuit responsum , haud recte locutus est.

170.

170.

موت مريح \* اهون من فقر صريح

Mors laeta evidente paupertate levior est.

171.

من كثر حقهده \* قل عتابه

Qui multiplicat sui odium, diminuit sui correptionem.

172.

من بخل بدنيايه \* فانه يجمع لاعدآيه

Opum suarum tenax inimicis parat opes.

173.

من عذب كلامه \* وجب اكرامه

Blandus in sermone, gratiam sibi conciliat.

174.

من تواضع احرز الشرف \* ومن تكبر حاز الذل والتلف

Homo animi submissi honorem refert, superbus vero comparat sibi despectum, et interitum.

175.

من صبر \* ظفر

Patiens reportat victoriam.

176.

من خفضه سوء ابده \* لم يرفعه حسن نسبه

Nobilitas stirpis non extollit eum, quem pravitatis morum suorum depressit.

177.

177.

من له عليك قدره \* اعرف حقه وقدره

Agnosce jus, et potestatem illius, qui supra te potestatem habet.

178.

من وقف عند قدره اكرم \* ومن قنع بما في يده احترم

Qui fortunam suam aequo tulerit animo, honoratur, et qui contentus fuerit eo, quod possidet, aestimatur.

179.

من تعلم ساد \* ومن تفقه ازداد

Qui doctus fuerit, auctoritatem sibi procurat, is vero, qui rerum divinarum scientiae se dedit, magis adhuc proficiet.

180.

من جاد ساد \* وارغم الحساد

Vir liberalis eminent, et fastidium caussat invidis.

181.

من اتقى الحساب \* تورع في الاكتساب

Timidus in computatione, lucrum cavet.

182.

من جالس العلماء ادبوه \* ومن قرب السفهاء افسدوه

Consuetudo cum sapientibus morigeros, et consuetudo cum fatuis improbos efficit.

183.

183.

من استغني عن الناس عظموه \* ومن احتاج اليهم حقروه

Qui carere potest hominibus, magni fit, qui  
vero illis indiget, vilipenditur.

184.

من قدم هدية قبل حاجته \* اسرع الناس لقضاء ارادته

Qui ante negotium suum praemittit donum,  
ad conficiendum propositum suum promptiores  
reddit homines.

185.

من لم يملك غضبه \* لم يكمل اده

Qui irae suae moderari nescit, mores suos  
nondum perfectos reddidit.

186.

من صاحب الاشرار انهم \* ومن دخل مداخل السوئدم

Qui cum improbis agit, de eo mala suspi-  
cantur homines, et eum, qui conventicula ma-  
lorum quaerit, poenitebit.

187.

من اكثر الكلام \* لم يسلم من الاثام

Multiloquus haud liber est ab erroribus.

188.

من طلب السلامة \* لازم الاستقامة

Qui salutem quaerit, cum integritate semper  
agit.

189.

189.

من ساعد الرفيق \* اتتفع به عند الصيف

Qui amico suo favet, tempore inopiae utilitatem ab eo capiet.

190.

من روع فواده \* ذهب رقاد

Is, cujus cor terrore agitatur, dormire nequit.

191.

من ابدل لك مودته \* فقد اجرل لك عطيت

Qui recepit te in amicitiam suam, jam munificentiam suam complevit.

192.

من غلب عليه الاعجاب \* ترك مشاورة ذوي الالباب

Quem arrogantia subegit, is cum prudentibus deliberare respuit.

193.

من سال التاجر ضيعة من راس ماله \* ظهر الحمت  
في مقاله

Qui mercatorem inopem de opum summa interrogat, in sermone suo dementiam prodit.

194.

من كان السلطان في طلبه \* ضاقت عليه الدنيا في هربه

Quem rex quaerit, huic mundus angustus est in fuga sua.

195.

195.

من اطاع عقله سالم \* ومن اتبع هواه ذم  
 Qui rationem sequitur, pax illi, eum vero,  
 qui malis animi motibus indulget, poenitebit.

196.

من تكسل عن التَّكسُّبِ والعمل \* فانه علي غير  
 كسبه يتكل

Qui aliquid lucrari, et labore sibi comparare  
 negligit, absque lucro suo nutritur.

197.


من لم يرض بالقضاء \* ليس لحقّه دوآء  
 Qui praeordinatione divina non est conten-  
 tus, remedium insipientiae ejus non datur.

198.

من اظهر للناس الفقر \* لم يكن له عندهم قدر  
 Qui paupertatem hominibus patefacit, ab iis  
 vilipenditur.

199.

من المزاح يتولد الغضب \* والفرح ياتي عند شدة الكرب  
 Jocus iracundiam parit, gaudium vero vehe-  
 mentem etiam moerorem comitatur.



200.

من لم يخف الجواب تكلم \* ومن خافه تبكم

Qui non timet responsum, loquitur, qui autem illud timet, obmutescit.

201.

من احتجب عنك خييط \* احتجب عنه كحايط

Qui se occultaverit tibi quantitate fili, huic te occulta quantitate parietis.

202.

مكايد الشيطان \* تولد شغل القلب عند الانسان

Insidiae diaboli caussant hominibus inquietudinem cordis.

203.

من مدح الناس بغير اختبار \* فقد اسا بغير اختيار

Qui sine experientia homines laudat, absque voluntate male egit.

204.

من خاف الافات \* توقف عن الشبهات

Qui sibi timet ab infortunio, abstinet ab actionibus suspectis.

205.

المصايب بالسوية \* مقسومة علي البرية

Calamitae inter omnes homines aequaliter distributae sunt.

206.



206.

من الافات \* كثرة الالتفات

Nimia urbanitas est pernicioosa.

207.

من عمل ما يريد \* يلقي ما لا يريد

Qui fecerit omnia juxta voluntatem suam, inveniet, quae sibi displicebunt.

208.

من لا ينفع \* ادفع

Repelle illum, qui nullius frugis est.

209.

مؤمل النفع من اللبام \* كزارع البذر في الحمام

Qui utilitatem sperat a vilibus, est similis semen in balneo seminanti.

❖ حرف التون ❖


Litera Nun.

210.

نهر السائل \* من اقبح المسائل

Fluvius rapidus est res periculosissima.

211.



211.

نفس الكريم غالية \* وهمة عالية

Persona benefica est cara, et dignitas ejus alta.

212.

النوم الكثير \* يحرم الربح الكبير

Nimius somnus impedit lucrum magnum.

213.

ذيل الاموال \* في مكابدة الاهوال

Divitiae conjunctae sunt cum continuis terro-  
ribus.

214.

نعم الموازنة \* المشاورة

Prosperitas in administranda republica con-  
sistit in consultatione.

215.

نقل الصخر من الجبال \* ايسر من محادثة الجهال

Minus molestum est transferre saxa ex mon-  
tibus, quam confabulari cum fatuis.

216.

نقل الصخر من القنن \* اهن من حمل المنن

Facilius est transportare saxa ex turribus,  
quam tolerare exprobrationes.

217.

217.

النفوس تحب من احسن اليها \* وتنفّر من تجبر عليها

Homines amant beneficos, et detestantur violentos.

218.

فح اذناك عن الناس \* واكرم الاخوان والجلّاس

Illatam a te hominibus noxam plange, et fratres, ac socios honora.

219.

قال اشرف البضاة \* من احرز الورع والقناعة

Qui comparavit sibi abstinentiam, et contentum animi statum, praestantiores consecutus est opes.

❖ حرف الصاد ❖


Litera Sad.

220.

صاحب بعد الاختبار \* واياك والافتقار

Conversare post experientiam, sed cave, ne decipiaris.

221.



221.

صمت يكسوك الوقار \* خير من كلام يلبسك العار

Silentium, quod tibi honorem parit, magis praestat, quam sermo, qui tibi ignominiam causat. i. e. Praestat modeste silere, quam impudenter loqui.

222.

الصبر في البداية \* ظفر في النهاية

Patientia in principio est victoria in fine.

223.

صاحب الاخيار \* وجانب مرافقة الاشرار

Adjunge te probis, et a malorum consortio declina.

224.

صديق المر عقله \* وعدوه جهاله

Amicus viri est intellectus ejus, inimicus vero ignorantia ejus.

225.

صدرك اوسع لسرك \* فان ضاف عنه فلا لوم علي غيرك

Latissimum est pectus tuum pro secreto tuo, si vero fuerit arctum, neminem, nisi temetipsum, reprehende.

226.

226.

صدور الاحرار \* قبور الاسرار

Pectora virorum ingenui animi sunt sepulcra secretorum.

227.

الصدق من تام اليقين \* والكذب شين للدين

Veritas oritur ex perfecta evidentiâ, mendacium vero est dedecus religionis.

228.

صحة الدتبار \* تقضي الاوطار \* وتزيل الاغيار

Ope pecuniae terminantur res, factu necessariae, et dimoventur aemuli.

❁ حرف الصاد ❁

Litera Dad.

229.

صهنت السيادة \* لذي جود والتجادة

Beneficus, et magnanimus redimet sibi dominium.

230.

صهنت مكام الاخلاق \* حسن الثناء وسعة الارزاف

Generosos bonorum apprecatio, et abundantia opum manent.

D

231.



231.

ضرورات الاحوال \* تذلل الرجال

Inopia abjectos reddit viros.

232.

ضرب الاعداء \* خير من تقبيل الاعداء

Ictus amicorum melior est, quam osculum inimicorum.

233.

ضلل من يطلب الخير ولا يفعله \* ويبذل التصح للناس

ولا يقبله

Errat, qui bonum desiderat, neque id facit, quique aliis dat consilium, quod non recipitur.

234.

الضرر والباس \* في اذراء والسخر بالناس

Detrimentum, et adversitas manent illum, qui alios aspernatur, et ludibrio habet.

235.

ضرب الحبيب \* زبيب

Ictus amici uvae passae sunt.

Bibliothek der  
Deutschen  
Morgenländischen  
Gesellschaft

236.

236.

ضاف عيشه \* من اعجبه فرشه

Qui stragulo suo nimis fuerit deditus, vitam ducit egenam.

237.

الضرر مجموع في اللجاجة \* والمشي في غير حاجة

Detrimentum est conjunctum cum rixa, et obambulatione otiosa.

238.

ضاع عمره من يطلب الصديق \* لدفع الشدايد والصيف

Qui ad avertendas adversitates, et angustias amicum quaerit, perdit tempus vitae suae.

## ❦ حرف العين ❦

*Litera Ain.*

239.

عند الشدة والصيف \* يتبين العدو من الصديق

Tempore angustiae, et inopiae dignoscitur amicus ab inimico.


240.

عداوة الاقارب \* اضر من لسع العقارب

Inimicitia propinquorum morsu scorpionum magis noxia est.

D 2

241.



241.

عاقبة الصدق السلامة \* وعاقبة الكذب الملامة

Finis veritatis est salus, mendacii vero opprobrium.

242.

العزم يوجب السرور \* والتردد يجلب الشرور

Ad aggressionem operis necessaria est alacritas, vacillatio vero attrahit mala.

243.

عسرك في بلدك \* خير من يسرك في غربتك

Tolerabilior est miseria tua in patria, quam peregre bene vivere.

244.

عند القنط في الامور \* ياتيئك الفرح والسرور

Fastidium in negotiis comitatur hilaritas.

245.

علل الافهام \* اشد من علل الاسقام

Morbi intellectus vehementiores sunt, quam morbi corporis.

246.

عداوة العاقل \* خير من صداقة الجاهل

Inimicitia sapientis amicitiae ignari est anteponenda.

247.



247.

العلم دون عمل \* لا يحصل به الاصل

Scientia sola comparari nequeunt, quae desiderantur, sine opere.

248.

عجبت ان يعيش في الدنيا عيش الفقراء \* وبحساب  
في الاخرة حساب الاغنياء

Placet mihi is, qui in hoc mundo vitam ducit tenuem, et in altero in divitibus numeratur.

249.

علو الجاه \* لا يسلم من رجاه

Sublimitas honorum non est libera ab illo, qui eam solícite quaerit.

250.

علامة العاقل معرفة بزمانه \* وتواضعه بين اقاربه


Cognitio aevi sui, et animus demissus inter aequales suos sunt indicia viri prudentis.

251.

علي قدر الهمم \* تكون الهنوم والنقم

Pro ratione propensionum animi, erunt solitudines, et malevolentia.

252.



252.

العاقل اذا نطق اصاب \* وان سيل اجاب

Sapiens, dum loquitur, recte loquitur, et  
dum interrogatur, respondet.

253.

عقل المرء مخبئ تحت لسانه

Intellectus viri absconditus est sub lingua ejus.

254.

عثرة الرجل سريع زوالها \* وعثرة اللسان فظيع وبالها

Caespitatio pedis est defectus cito transiens,  
caespitatio vero linguae est horrenda molestia.

❁ حرف الغين ❁

*Litera Ghain.*

255.

فاض حساده \* من ادب اولاده

Qui bene educaverit proles suas, diminuit  
sibi invidos.

256.

غضب العاقل في فعله \* وغضب الاحمق في لسانه

Ira sapientis in opere suo, ira vero fatui in  
lingua sua consistit.

257.

257.

فاية الجود \* بذل الموجود

Munificentia bonorum praesentium est nimia liberalitas.

258.

فاض الصدق والوفا \* وفاض الكذب والجفا

Diminutae sunt veritas, et fides, et redun-  
daverunt mendacium, et vexatio.

259.

غزيرة العقل \* تايي نهيم الفعل

Intellectus fertilitas perversarum actionum  
hominem detestatur.

260.

غرق في الجهل والضلال \* من تكبر عن السؤال

Submergitur in ignorantia et errore, qui prae  
arrogantia non interrogat.

261.

غناء النفس افتخار \* وافتقارها احتقار

Divitiae animae aestimationem, penuria vero  
earum contemptum pariunt.

262.

262.

غناء النفس في ترك الطمع \* والحريص لا وصاب الذم  
قد جمع

Contenta animi quies in fuga avaritiae consistit, avidus autem jam sibi contemptum conciliavit.

263.

فظ بالصغح والحلم \* من غاظك بالسفه والظلم

Indignare illi cum mansuetudine, et clementia, qui imprudenter, et injuste te ad iram concitaverit.

264.

الغايبة حرام \* ومن اعظم الاثام

Obtrectatio illicita est, et scelerum maximum.

❁ حرف الغاء ❁

*Litera Fe.*

265.

فعل المرء يعرف من اصله \* وقوله ينبي عن عقله

Origo viri ex operibus ejus cognoscitur, sermoque ipsius intellectum ejusdem indicat.

266.

266.

في الشدة \* تظهر المودة

Tempore calamitatis innotescit amicitia.

267.

الفقير غريب في بلده \* ولو كان بين اهله وولده

Pauper est peregrinus in patria sua, etiamsi inter affines, et liberos suos versetur.

268.

فكر تسلم من الزلل \* في القول والعمل

Praemeditare, et liber eris ab errore in dictis, et actionibus.

269.

فاز بالراحة \* من ترك الاستراحة

Quiete gaudet is, qui quietem quaerere cessavit.

270.

فاز براحة قلبه \* من وثق بما عند ربه

Qui confidit in eo, quod apud Deum habet, summa tranquillitate animi fruitur.

271.

فكر معقول \* امضي من باثر مصقول

Cogitatio prudens ense laevigato magis penetrat.

272.



272.

في نشر المهادات \* طي المعادات

Inimicitia conjuncta est cum dispensatione  
donorum.

273.

في الاستقامة تكون السلامة \* ومن زرع الشرّ حصد  
الندامة

Integritas prosperitatem parit, qui vero ma-  
lum seminat, poenitentiam metet.

274.

فاز بسعة الرزق \* من استغني عن الخلق

Copiosis opibus gaudet, qui hominibus non  
indiget.

275.

فقد المراد \* من ركن الي الوطن والاولاد

Destituitur voluntate, qui patriae, et proli-  
bus innititur.

حرف

❁ حرف الكاف ❁

*Litera Kaf.*

276.

قلّت هيبتّه \* من كثرت مفاكته

Diminuit sui aestimationem, qui nimium jocatur; i. e. Exigua aestimatio oritur ex nimis jocis.

277.

قوة الامتنان \* تكدر صفو الاحسان

Nimia exprobratio meritum beneficiorum extenuat.

278.

قبل يد العدو الغادر \* اذا كنت علي قطعها غير قادر

Osculare manum inimici perfidi, dum eam abscindere nequis.

279.

قد يتجلى العدو في ثياب الصديق \* ويبقي الخوف في

مامون الطريق

Quandoque apparet inimicus in vestibus amici, et nonnunquam in via tutissima timor est.

280.

280.

قدم الاختبار \* علي الاختيار

Praepone experientiam arbitrio.

281.

قضا الله الغالب \* لا ينجوا منه هارب

Nemo Deum victoriosum effugiet.

282.

قلب الاحتم في لسانه \* ولسان العاقل في قلبه

Cor fatui est in lingua ejus, et lingua prudentis in corde ejus.

283.

قولك عنوان عقلك \* والشاهد بعلمك او جهلك

Sermo tuus est imago intellectus tui, simulque testimonium eruditionis, vel ignorantiae tuae.

284.

قيمة المرء مستحسناته \* وخير زاده حسناته

Laudabiles mores sunt pretium viri, et optimus commeatus itineris sunt bona opera ejus.

285.

قوة الاحلام \* افضل من قلة الانتقام

Excessus clementiae melior est, quam paucitas vindictae.

286.



286.

قل للعالم اذا فانك العلم \* فالزم الصمت والحلم

Dic sapienti; dilapsa scientia sile, ac mansuetum te praebe.

287.

قلّة شكر الاحسان \* سبب حرمان الانسان

Parum gratus animus caussa est, quod beneficiis destituaris.

❁ حرف السين ❁

*Litera Sin.*

288.

سبب سيادة الانسان \* الحياء والحلم والاحسان


Caussa dominii hominis sunt: verecundia, clementia, et beneficentia.

289.

السكوت سلامة \* والكلام بالخير فتيمة

Silere prodest, ast sermo cum benignitate felicitas est.

290.



290.

سارع لما يوجب شكر \* ويبقي بعد الغناء ذكر

Ob beneficium receptum celeriter age gratias,  
manebit enim post mortem tui memoria.

291.

ساد اقارنه \* من ستر احزانه

Eminet inter aequales, qui dissimulaverit  
moerorem suum.

292.

سلو القلوب \* عن صدق ودّ المحبوب

Tranquillitas cordis provenit ex vero amici  
amore.

293.

ساير الذنوب تقابل بالغفران \* الا المذلة والهوان

Alia delicta compensantur petitione veniae,  
non item contemptus, et despectus.

294.

سيادة الانسان \* سلامة الصدر وصدق اللسان

Cor sincerum, et lingua non mendax, homi-  
nem maxime commendant.

295.

سلامة الانسان \* في حفظ اللسان

Salus hominis in refroenanda lingua consistit.

296.

296.

سوء التدبير \* سبب التدمير

*Mala dispositio est causa exitii.*

❖ حرف الشين ❖

*Litera Schin.*

297.

شر الناس \* من يضر الناس

*Pessimus hominum est ille, qui hominibus nocet.*

298.

شر ما في الكريم ان يمنع خيره \* وخير ما في الليم ان يكف شره


*Nihil pejus in viro generoso, quam cessare benefacere, nil melius in improbo, quam a malitia desistere.*

299.

شكر لمنعمك \* يوجب دوام انعمك

*Gratus animus erga beneficum, beneficia in te perpetua reddere solet.*

300.



300.

شَرُّ النَّاسِ مَنْ يَنْصُرُ الظَّالِمَ \* أَوْ يَعْينَ عَلَيَّ المَظْلومِ  
 Pessimus hominum est ille, qui crudelem ad-  
 iuvat, aut contra innocentem opem praestat.

301.

شَرُّ المَصائِبِ الجَهْلُ \* وَخَيْرُ المَوَاهِبِ العَقْلُ  
 Calamitatum maxima est ignorantia, opti-  
 mum vero donum est intellectus.

302.

شَرُّ البَذْلِ مَا لَحِقَهُ المَنُ أَوْ سَبَقَهُ المَطْلُ  
 Pessimum donum illud est, quod secuta est  
 exprobratio, aut quod praecessit procrastinatio.

303.

شَجَاعَةُ الإنسانِ \* مِنْ مَوَاهِبِ الحَسَنِ  
 Fortitudo viri est donum e praestantioribus.

304.

شَفَاعَةُ اللِّسَانِ \* أَفْضَلُ زَكَاةِ الإنسانِ  
 Intercessio linguae est optima hominis puri-  
 ficatio.

305.

شَفَاعَةُ المَذنبِ اعْتذارُهُ \* وَتَوْبَتُهُ اِقْرَارُهُ  
 Intercessio rei est illius excusatio, poeniten-  
 tia vero est confessio eius.

306.

306.

شَرُّ الرَّادِ \* التَّعَدِّيُّ عَلَيَّ الْعِبَادِ

Pessimus commeatus est oppressio hominum.

❖ حَرْفُ الْهَاءِ ❖

*Litera He.*

307.

هَانَ عَلَيَّ الْفَقِيرَ الْعَاقِلُ \* عَزَّ الْغَنِيِّ الْجَاهِلُ

Sapiens mansuetudine utitur erga pauperem,  
fatuus vero divitem magnificat.

308.

هُدَايَا الْإِنْسَانِ \* تَتَحَفَّهُ بِالْإِحْسَانِ

Dona hominum acquiruntur benefaciendo.

309.

هُبَّةُ اللَّهِ الْجَلِيلَةِ \* لَا تَنَالُ بِحَيْلَةٍ

Sublime Dei donum, non obtinetur dolo.

310.

هَانَ عَلَيْهِ جِثْمَانَهُ \* مِنْ أَمْرِ عَلَيْهِ لِسَانَهُ

Ille, cui imperat lingua, corpus suum contemnit.

E

311.

## ❦ حرف الواو ❦

*Litera Waw.*

311.

واصل كريماً يرعي ذمتك \* وقاطع ليماً يرخص قيمتك

Associa te generoso viro, aestimabilem reddet clientelam tuam, et evita consortium pravi, nam pretium tuum diminuet.

312.

وصل السيادة \* من رغب الاستغادة

Qui proficere studet, consequitur dominium.

313.

وعد الكريم نقد وتجميل \* ووعد الليم مطل وتعليل

Promissio viri generosi est pecunia parata, et celeritas, promissio vero vilis est cunctatio, et excusatio.

314.

وثوقك بالدنيا ضرر \* وسعيك في غير التقوي ضرر

Spes tua in mundum incerta est, et conatus tuus sine pietate detrimentum.

315.

وثوقك بالناس ضرر \* وتمسكك بهم خطر وغرر

Fiducia tua in homines noxia est, ast firmiter illis inhaerere periculosum, ac incertum est.

316.

316.

الوفاء والانصاف \* من احمد الاوصاف

Fides et aequitas sunt praecipuis virtutibus  
hominis accensendae.

317.

الوفاء \* من اخلص الصفاء

Fides purissimarum deliciarum una est.

318.

ويل للظالمين \* من احكم الحاكمين

Vaeh injustis a judicum perspicacissimo!

❖ حرف لام الف ❖

*Litera Lamelif.*

319.

لا يعدم من الاحق خصلتان كثرة الالتفات وسرعة  
الجوابDuae qualitates fatuo deesse nequeunt: mul-  
tae ceremoniae, et responsum velox.

320.

لا تتكلم بما لا تعلم \* ولا تجاوب حتي تفهم

Noli disserere de rebus, quas ignoras, et re-  
spondere, donec intellexeris.

E 2

321.

321.

لا تفرحن برّة الانسان \* ولا تقطع احسانك عين  
يومل عنك الاحسان

Noli laetari in lapsu hominis, neque beneficiis tuis privare, qui a te beneficia sperat.

322.

لا تجلس مجالس الاشراف \* فتنزل منازل الاطراف  
Non consideas cum nobilioribus, quoniam collocaberis in loco inferiori.

323.

لا ترشد من لا يقبل النصيحة \* ولا تصحب من  
لا يبالي بالفضيحة

Noli viam rectam monstrare illi, qui consilium non accipit, neque conjunge te illi, qui despici non curat.

324.

لا تصحب من اذا ايس من خيرك \* مال الي خيرك  
Noli te associare illi, qui, dum de beneficiis tuis desaparavit, alteri cuidam se addixit.

325.

لا تثق بكل انسان \* ولو وصف بصدق اللسان  
Noli fidere cuilibet homini, etiamsi celebris fuerit ob sermonis veracitatem.

326.



326.

لا يصلح الكذب \* في جد ولا لعب

Seu ex proposito, seu ex lusu mentiri dedecet.

327.

لا تكون الرحمة إلا في قلب نقي \* ولا تنزع إلا من  
قلب شقي

Misericordia nonnisi cordi hominis timentis  
Deum inest, et nonnisi ex corde facinorosi abji-  
citur.

328.

لا تكثر الرقاد \* فيدخل في عقلك الفساد

Noli nimium indulgere somno, tuum enim  
intellectum destruit.

329.

لا يخذعك الكلام الطيب \* من عدو ضميره مغيب


Noli blando inimici sermone decipi, cujus  
animus tibi reconditus est.

330.

لا تغضب قبل ان تفهم \* فتغضب فيما لا تعلم

Non irascaris, antequam intellexeris, ast  
irascere ob id, quod ignoras.

331.



331.

لا ترح نفعاً من مدارات الليم \* فذلك ابعد من  
استيلاء العقيم

A blanditiis abjectorum utilitatem ne expectes, id enim partu foeminae sterilis remotius est.

332.

لا تصدق بالمحال \* فتكون من الجهال

Noli credere impossibilia, ne stolidorum numero adscribaris.

333.

لا تخبر بسرّك لصديق \* ولا بها في نفسك لشقيق

Secretum tuum amico pandere noli, et nec fratri animi sensa tua manifesta.

334.

لا تطلب حياة الانسان \* الا بصحّته البدان

Non desidera vitam humanam, nisi cum corporis valetudine.

حرف اليباء

Litera Je.

335.

يهتم برزقه \* من افراط في حقه

Nimum sollicitus est in parando alimento, qui stultitia excedit.

336.

336.

لا يغوص البحر من طلب الليالي \* ومن طلب العلا  
سهر الليالي

Qui quaerit uniones, se immergit in mare,  
et qui desiderat altos honoris gradus, insomnes  
ducit noctes.

337.

يعيش غير فقير \* من رضي بالحقير

Qui humilem sibi gratum habet, nunquam  
pauper erit.

338.

يدرك المرء المواب \* بالصبر علي التواب

Patiens in adversis mercedem recipiet.

339.

يبقي ثناء ذي الجود \* ولو فني ماله الموجود

Viri benefici nomen semper permanebit, li-  
cet opes ejus omnes interierint.

340.

يسود دون مال \* من للقناعة مال

Vir frugalis sine opibus potens erit.

341.

341.

يعيش المرء حيثما كان \* كما يعيش الاسد بقوته في  
كل مكان

Vir, ubicunque fuerit, vivit, sicut leo, alimen-  
to suo in quovis loco.

انتهي باختصار من تحفة الاريب لسيدي ابي مدين  
الغاسي نعمة الله تعالى برحمته امين

Et sic finis impositus est compendio libri,  
*Tohfetül Erib* dicti, auctore *Sejidi Ebu Medin*  
ex urbe Fessa oriundo, cujus peccata Deus  
Opt. Max. misericordia sua tegere, eumque sal-  
vum praestare velit. Fiat.

بسم الله

nen-

is

sub

الله

bri,

edin

Deus

sal-





D: De 2839

ULB Halle

3/1

000 880 701



